

potentioſiorem recte e medio auferens, cito et paucis aegrotanti auxiliatur. Cauſa enim efficaciore ſublata, morbus ſat debilitatur, reliquae autem facilius exturbantur.

§. 38. Cauſa enim efficiens ſemper agit quouſque permanet (§. 20.); ceſſat autem ab actione, ſtatim ac e medio tollitur (§. 35.). Simplex etiam cauſa efficiens eſt; ſi enim ex pluribus composita eſſet, multos & diuerſos morbos eodem tempore in eodem corpore effecifſet; unaquaeque enim illarum ſuam operationem, quae vi illius congruit, ſingillatim exercuiſſet; quod complicatione ſolummodo morborum contingit (§. 37.). Illam autem cauſam non tale quid ſimplex cogites, ut elementum & ſubſtantiam indiuiſibilem, verum tamquam unum quid, & non e multis aliis et valde diuerſis conflatum; ſanguinem puta, vel bilem, vel pituitam, & reliqua talia quae cauſae efficientes ſunt (b), quas ſimplices voca uti medicamenta ſimplicia appellare ſoles.

§. 39. Tale quid ergo eſt id quod morbos efficit, ſimplex et agens quouſque intus remanet (§. 38.). Qui itaque totum hoc e medio tollit, ille ſtatim efficaciam ejus obſcurat (§. 38.). Is vero efficiens hoc facile tollere novit, qui illud, illiusque indolem clare cognofcit,

et

---

(b) Gaub. §. 352. ſeq. et 372. ſeq. et 373. ſe 1.